

LX.

Q. D. B. V.

SPECIMEN ACVSTICVM
DE
MENSURA SONI
ARTICVLATI

QVOD

ANNVENTE BENIGNO DEO
CONSENSV AMPLISSIMI ORDINIS
PHILOSOPHORVM
PRO CONSEQVENDIS SVMMIS IN
PHILOSOPHIA HONORIBVS
IN ACADEMIA FRIDERICIANA
ERVDITORVM PVBLICO EXAMINI

III. ID. Febr. c 19 19 cc xxxi.

submitit

GOTTLIB FRIDERICVS HAGEN
BARVTHO FRANCVS,

HALAE MAGDEBVRGICAE,
LITTERIS HILLIGERIANIS.

9

SPECIMEN ACUSTICUM
DE
MENARA SONI
ARTICULATI
GEORGII FRIDERICI
ANNANTE BENEDICO DEO
CONSENSU VITRISMI ORDINIS
PRO CONSISTENTIA SUMMISSA
PHYSOPTERIA HONORIBVS
IN CEDRVM TIBETANVM
ERUDITORVM PAPAGO EXAMINI NCI
GOTTIUS FRIDERICAS HAGEN
BRUTUS FRANCIS

FRANCISUS HAGENUS
HONORIBVS
PHYSOPTERIA
TIBETANVS

SERENISSIMO.
PRINCIPI. AC. DOMINO.
DOMINO.
GEORGIO. FRIDERICO.
CAROLO.

MARGGRAFIO. BRANDENB. BORVSS.
MAGDEBURG. STETIN. POMERAN.
CASSVB. VANDAL. MEGAPOL. VT. ET.
CROS. IN. SILES. DVCI.

BVRGGRAFIO. NORIMBERGENSI. PRINCIPI.
HALBERST. MIND. CAMIN. VAND. SVERIN.
ET. RAZEBVRG. COMITI. HOHENZOLL. AC
SVERIN. DITIONVM. ROSTOCH. ET.
STARGARD. DOMINO.

GOTHIÆ FRIDERICÆ H. EN
CENSITVM IMPRIMATU

SEMISSIONE

PRINCIPALIA DOWNO.

HAEC. TIROCINII. RUDIMENTA.

IN. PIETATIS. ET. SUBMISSIONIS.
TESTIMONIVM.

ANIMO. DEVOTISSIMO. OFFERT.

BONA. MENTIS. CORPORIS. TEMPORVM.

TANTO. PRINCIPE. DIGNA.

ARDENTISSIME. PRECANS.

GEORGII MAGDEBVRGENSII PRINCIP.

MAGDEBURGII NOTIUM®ENSII PRINCIP.

HIERONIMI GARNI AND. SABRII

ET FRANCIS COMITI HONESTO ET AC-

CEPTE DOMINA MICHAELEM HAGEN.

CLIENTVM. INFIMVS.

GOTLIB. FRIDERICVS. HAGEN.



DISSERTATIO.

DE

MENSURA SONI ARTICVLATI.

Beneficiorum ab indulgentissimo numine in genus humanum profectorum, vel inter praestantissima non postremum est incomparabile loquelae donum, seu facultas cogitationes articulata voce cum aliis communicandi. Ea enim sapientissimus conditor & innumeris humanis vitae commoditatibus prospexit, & homines non ultra communem solum reliquorum animalium sortem euexit, verum ab ipsis etiam excellentioribus spiritibus destitutis corpore distinxit, eadem insuper ipse suos interdum alloqui non dignatus. Quare neque arbitror fore quemquam, qui hoc disputationis argumentum leue iudicet, aut operae pretium fieri neget, si indolem & constitutionem soni articulati explicatam, & eius mensuram, ad quam reduci & dijudicari possit, demonstratam leget,

Praeclarum hoc in genere exemplum praeiuerunt his temporibus celeberrimi Mathematici omni laudum genere

A con-

condecorandi, naturaeque scrutatores qui de hac scientia immortaliter meriti sunt, dum sonorum tonorumque ratios investigatum iuerunt, & quidquid observatu dignum deprehenderunt, in artis disciplinaeque formam redigendum censuerunt, cui (quamvis Systema conditum nondum sit,) Acustices nomen imposuerunt. Quorum ego vestigia elonginquo sequi nullus dubitavi. Non is quidem sum, qui mediocritatis meae & mei prope ipsius adeo obliuiscar, ut aliquid inauditum prorsus ingenio perfectum elaboratumque industria, aut cum illorum laboribus comparandum, posse a me proferri sperem: nihil tamen minus quam in his literis vel voluisse aut tentasse aliquid sufficiat, & ipsi liberales conatus in laude ponantur: faciam periculum, & tentabo, quid accurata, quoad eius potero, demonstratione consequi valeam in articulato sono dimetiendo. Sed quoniam eadem mensura omnibus quantitatibus applicari nequit, siquidem regionum tractus figurarumque spatium non potest secundum pondera aut corporum cauitatem aestimari, ipsaque potius mensurandi natura explorari debet, priusquam mensura eidem apta inueniatur: in hoc stadio decurrendo hos mihi limites positos video, ut antequam de mensura sono articulato accommodanda agam, eiusdem generationem, constitutionem atque affectiones distincte explicem; deinde mensuram proponam, qua non solum ut sonus per durationem & moras, sed etiam ut articulatus per organa distingui potest. Omne autem hoc argumentum ad orientales potissimum linguas transferri poterit, ut clarius elucescat, quantam utilitatem praeter Matheseos & Physices incrementa ad omnem Philologiam & Grammaticam maxime, tam vniuersalem, quam speciales adferat.

CAPV^T.

CAPVT. I.

DE
SONI ARTICVLATI NATVRA.

§. I.

Quanquam apud omnes, qui aliquod argumentum distincte sibi pertractandum sumunt, haec consuetudo inualuit, vt ante omnia istud quo exprimitur, vocabulum definitant, haec autem ut explicacione ipsius soni articulati exordiar, postulare videtur: ab hoc tamen instituto non mea me pertinacia aut nouaturiendi pruritus, sed ordinis propositi rationes auocarunt. Nam eum potesta ex aliis praemissis accuratam istius ideam deducere decreui: conceptu faciliores prioresque natura ante affrendas, & generalem soni notionem nonnullaque alia huc ponenda esse putau. Solemus scilicet hominum sermones, *quid sonus sit.* auium cantus, tympanorum tremores, tubarum clangores, campanarum pulsus, asserumque fragores soni nomine insignire; quae omnia cum mutationem quandam in nostri auditus organo efficiant: illud *sonum* vocamus, quod aure percipi potest. Sed vt accuratius paullo quomodo iste generetur cognoscamus: ad duo potissimum est respiciendum, & ad illud, quod facit vt aliquid audiamus, & qua ratione ad sonum concurrat.

§. II. Commode hoc fieri poterit, si attendamus quando nullus audiatur sonus, licet eius perceptio expectetur. Placet eum in finem adducere, quae praceptor laude mea longe maior GEORG. ERHARD. HAMBERGERVS in *Elementis Physices* (a) sedulo obseruavit hunc in modum: si sub campana antliae pneumaticae vitrea, ope fili suspenda-

EXPERIM.

A 2

tur

(a) Cap. VI. de aëre §. 332. P. 152.

tur alia metallica pistillo praedita, vel machina horas sono alias indicans, nihil plane auribus percipi, sive campana pistillo pulsetur, sive in horologio motus fiat, sufficiens alias ad sonum producendum, aëre quantum fieri possit ex vitrea campana sublato. Hinc vir eruditissimus concludit,

ser facit ad sonum. (b) absente aëre sonum non percipi, adeoque aërem currere ad mutationem, quae sit dum audimus, in auribus excitandam.

Scholion. Magna olim opera & cura, nobilis ille Anglus ROBERT BOYLE, duplex hoc instituit experimentum (c), & prius quidem ita successit, vt non nisi solus ipse aliquid percepit, quod quam debile fuerit ipse verbis non satis potest exprimere. In posteriori, purgatis licet auribus, nemo tamen adstantium vel sonum percepit, praeter aliquem, qui aurem ex adversis fibulae e qua pendebat horologium, applicabat, cuius rei causam oportunitum quem naelus erat locum esse, idem scriptor ingeniose detexit. MERSENNVM, simul excusat, qui sonum a campanis absente quoque aëre produci afferuit, quod instrumentis quibus in experimentando usus est, nihil, accurate efficere potuerit.

EXPERIM.

§. II^o. Qua vero ratione aer ad sonum producendum aliquid conferat, poterit cognosci, si ad sequentia attendatur. Follis distentus ut aëre totus replatur, subito comprimitur: tunc aer per orificium follis expellitur & simul aliquid auditur. Idem fit si lagona vel tibia infletur.

DEFINITIO. Compressum.

§. IV. Ut distinctius haec explicari faciliusque intelligi queant, probe obseruandum est, omnia corpora, adeoque

(b) Elementorum Phys. Cap. VI. §. 333. (c) cf. Experimentorum Physico Mechanicorum Continuat. I. Experiment. XLI. p. 96. sqq.

que aërem etiam spatium occupare, partesque ex quibus conflatum est in locis istius spatii esse (per defin. corporis) Sed quoniam quodlibet extensum mutationes admittit: accidere potest, ut corpus ob externam quandam vim, spatium minus teneat, quam antea, & cum *compressum* audit, quodsi vero ad pristinum spatium reddit, se *restituere* vel *dilatari* dicitur, quod adeo sit, vi externa, tanquam compressionis causa, cessante. Corpus quod post compressionem se *restituit*, *elasticum* nominatur, elasticitatemque ipsam nihil aliud esse, quam subitaneam ex compressione restitutionem, facile inde concipitur.

*Se restituens
clasticumque
explicetur.*

§. V. Specialius haec ad aërem sunt applicanda. Si nimur in vesica probe inclusus est, ista vero manu comprimitur: videmus & sentimus, tactui cedere vesicam, ad minusque spatium redigi; quamprimum vero manum removemus: confessim ad priorem reddit statum; quod non ita fit, si sola vesica aëre non ita repleta coarctatur, aut aer ex eadem prout in folle fiebat (§. III.) prodire valet. Oportet igitur, ut huius phaenomeni ratio, non tam in vesica, quam in aëre ipso quaeratur. Hic omnino ad minus spatium per vim quam manus exerebat, est redactus, adeoque compressus (§. IV.) hic vero postea quoque ad pristinum statum reddit (per anteced.) seque *restituit*, quare corporis elastici nomen atque attributa ei recte vindicantur. (§. IV.) De aëre hic probatum fuit, prout in terra nostra est, quod comprimi queat, & dilatari, quamvis compressus iste iam sit ab aëre superiori, quod in iunctis argumentis ab aliis demonstratur. (d)

EXPERIM.

*CONSET.
aer est elasti-
cus.*

§. VI. Cum aëris particulæ follem distentum repleuerint (§. III.) per compressionemque subitam follis

THEOR.

*Aer per elas-
ticitatem ad
sonum con-
currit.*

A 3

(d) Vid. HAMBERG. ELEM. PHYS. CAP. VI. §. 279.

ad minus reductus sit spatium, aëri autem via per orificium patuerit (§. ead): particulae aëreæ per istud omnino motæ sunt, sed plures simul, quam per spatium quod requirebant fieri poterat. Quare necessum erat, ut particulae istae simul prodeentes minus occuparent spatium, quam antea tenebant, atque ita comprimebantur (§. IV.) postquam vero ex orificio exierant, cessabat causa ob quam spatium pristinum aeri non competebat, quare sese restituebat (§. IV.) atque sic elasticitatem suam exercebat. (§. ead.) Cum vero nihil aliud in folle factum sit, per hoc vero sonus fuerit excitatus (§. III.): patet aërem ad sonum conferre per compressionem & restitutionem suarum particularum.

THEOREMA.
quomodo so-
nus per pro-
pulsum aë-
rem genera-
tur.

§. VII. Quodsi aëris ponatur ex spatio maiori & patentiōri per angustum propelli orificium: plures simul prodeant necesse est eius particulae, quam prodire possent in statu ordinario, quare minus etiam spatium occupare debent, adeoque comprimendae sunt; postquam vero ex orificio prodidere: ob elasticitatem expandendo se restituunt. (§. IV.) Ergo si aëris ex spatio magno per angustum foramen propellitur: oritur motus aeris per quem ad sonum confert percipiendum. (§. VI.) Compressi subito follis exemplum inseruit ad ea quae dicta sunt illustranda.

OBSERVAT.

§. VIII. Evidem facile credo nonnullos mirari quid demum sit, cur, cum de sono articulato agere constituerim, aëris portissimum motum explicem (§. VI. VII.): verum illi sciant, me quidquam frustra assumere nolle, quod tamen accideret, nisi sententias singulas quibus sequentia nituntur, demonstrarem. Eorum quae hic posui utilitas mox patet, si quomodo homo sonum edat exposuero. Procedit nimirum halitus ex pulmone respirationis organo per arteriam asperam; qua superius faucibus & collo connectitur. (VERHEYEN Anatomiae LIB. I. Tract. III. Cap. XII. p. 392.)

192.) Ibi cartilaginiæ arytænoides seu guttules *rimam* formant, quae si quam latissime aperitur, merus prodit halitus, cui spiritus nomen nonnulli solent imponere: sed si thyroïdes seu pomum Adami per hyothyroideos abbreviatos sursum per sternothyroideos abbreviatos deorsum trahitur: halitus emissus vox dicitur *bunana*, in cuius formatione motus cartilaginis, quae pomum Adami audit, satis est sensibilis. (WOLF de usu partium in homine &c. seu Phys. Tom. III. §. 180. p. 498.) Tantam sapientiam infinitus rerum opifex hic monstravit cuius, licet vix minimam partem intelligamus, amplam tamen sanctæ admirationis & piae veneracionis occasionem invenimus nobis suppeditatam.

Scholion. Egregium mechanismum & admirabilem formationem earum partium, quae ut producatur ab homine sonus adesse debent, ulterius belle admodum GIBSON describit (*e*), observans, tredecim musculos quinque laringis cartilaginibus mouendis inseruire: Quanta vero sapientia conditoris inde radiet, summo venerationis & immortalium gratiarum cultu a nobis adeo mirifice formati, si turpissimam ingrati animi maculam effugere velimus prosequenda, vir clarissimus AVGVSTINVVS GRISCHOW eruditus exponit, (*f*) ad existentiam vero & providentiam divinam ex loquela hominis, doctiss. JACOB WILHELM FEVERLIN in peculiari dissertatione concludit,

§. IX. Quoties aer mouetur, siue id fiat in collo, siue THEOR alibi toties alii etiam corpori motum impertitur. Particula enim aërea semper aliud tangit corpus (cum non derur spatium vacuum): quod si est elasticum, in motu non constitutum, resistit, quo ipso tollitur aequilibrium, & corpus

*Aer motus
alii corpora
elastica mo-
vet.*

(*e*) Anatom. L. II. c. 14. (*f*) In introductione in Philologiam generalem Cap. III. §. XXXVIII. Schol. 6.

pus movetur (HAMBERG, *Elem. Phys.* §. 74.) & quidem quia elasticum est, ita, ut comprimatur & deinde se restituat (§. IV.) Atque hoc idem siet in proxime adiacente plurimisque aliis particulis, restitutio autem fieri nequit, nisi prius compressio adeoque motus antecedentis particulae cessauerit. Cum generatim hoc demonstratum sit de omnibus elasticis corporibus: idem fit, siue corpus particulam aeram compressam contingens, particula aërea sit, siue aliud quodvis elasticum corpus.

THEOREMA.
Si homo somnum edit, possunt aliqua corpora moueri.

§. X. Explicui haec tenus quomodo moueri possint, aëris particulæ: iam qui fiat, vt aër ex ore protrusus aures afficiat, addendum videtur. Particulae nimirum aëreæ comprimuntur, si per rimam halitus prodire coguntur, (§. VIII.) sed deinde dilatantur (§. IV.) adeoque mouentur (§. VII.) suumque motum cum cetero aëre intra os existente communicant. (§. IX.) Idem contingit aëri extra os constituto, si hoc aperto interior aër impellit exteriorem (§. ead.) & continuat motum, siue vicina corpora elasticæ, aëris partes sint, siue alia, adeoque in ipsa hominum membra talis actio fieri potest, (§. IX.) quod statim ad aurem applicabitur.

CONSECT.
Hic motus potest percipi.

§. XI. Cum nostro corpore anima ratione praedita, commercium habet arctissimum, quae sibi mutationes in illo factas repraesentat (per Psycholog.) quod percipere dicimus: iam moueri possunt nostra membra si aër ex aspera arteria per rimam erumpit. (§. IX.) Quare quo minus perceptio fiat, in hoc casu nihil omnino videtur impedire.

OBSERV.

§. XII. Ex multis autem artificiosissimæ nostræ machinae partibus in quibüs eiusmodi potest produci mutatio, auris nunc accuratius venit consideranda, vt intelligi queat, qua ratione aliquid audiamus, motusque aërearum particularum vox & sonus evadat. Verum quare hic obstupefcamus necesse est, si infinitam Dei sapientiam, quam in condens-

denda aure demonstrauit studiose cogitemus. (ff) Exterius an-
ticula deprehenditur, mollis quidem, ex dura cartilagine ta-
men constans, quae pinnam, lobum, tortuosumque caproolum
seu belicem, item scapham conchamque comprehendit, atque in
qua tragus atque antitragus eminent. Interius post con-
cham inflexus versus anteriora inuenitur meatus auditorius,
cuius partem exteriorem continua quaedam superiusque
deficiens conficit cartilago; interior autem quae cerebrum
respicit, tota ossa est. Claudit hunc meatum tenuis pel-
lucida siccaque membrana, osseο circulo oblique superten-
sa, quam vocant tympani membranam. Excipit eam insignis
cauitas, ossi petroso insculpta quasi, cui nomine meatus au-
ditorii interni, cavitatis tympani item conchae internae solet im-
poni, quae aërem includit, qui num sit congenitus nec ne,
(g) mea parum refert. Officiorum quae ibi sunt mallei sci-
licet incudis, stapedis & orbicularis maior est habenda ratio,
quoniam cum musculis suis ad tendendam membranam ami-
ce conspirant. Cum tympani cauitate cohaeret a latere
labyrinthus, ubi vestibulum & tres canales semicirculares nota-
ri merentur. Vestibulum a basi stapedis clauditur, licet ibi
ovalis sit fenestra, per fenestram autem rotundam cuticula ob-
ductam, motus in cochleam propagatur. Intimae cavitates
teneri neruo sunt obductae, per quem auris cum cerebro
communicat atque arctissime est connexa.

Schelion. Paucis ista omnia hic tangenda fuerunt, ut di-
stinctius, quae de sono dicuntur, possint proponi. Plura ve-
ro VALSALVA, (b) SCHELHAMMER, (i) JOSEPH.

B

du

(ff) cf. William Derham in Physico-Theologie LIB. IV. C. III.

(g) Negat hoc Schelhammer de auditu parte altera Cap. I.
Sect. 10; & cum eo Derham l. c. (b) de aure humana, (i) de
auditu T. II. Bibl. Anat.

du VERNEY, (k) DERHAM, (l) LEONH. CHRISTOPH. STVRM, (m) WOLF, (n) aliquique suppeditant: Magno praesertim studio persecutus est cuncta, simulque illa quae pro diversa aetate differunt in auribus infantium adulorumque, sedulo annotavit, vir doctissimus IO. FRID. CASSEBOHM in dissertatione de Aure interna Francof. cis Viadrum nuper habita, antequam nostram Academiam adiret.

THEOR.

*Sonus potest
ab auro per-
cipi.*

§. XIII. Cum auriculae partes ex dura constent cartilagine (§. XII.), eaque rotunda: sonus in illam incidentis colligitur, & reflectitur (HÄMBERG, *Elem. Phys.* §. 350. n. n. item §. 353. sqq.) aurem interiorem versus: Meatus auditorius cartilaginosus & osseus sonum auget, qui si tympani membranam mouet, illa inclusum aërem comprimit (§. XII. IX.); sed cessante motu fit dilatatio inclusi aëris. (§. IV.) Tum in vestibulo canalibusque semicircularibus vndiquaque impingit sonus (§. XII.), eoque robatur. Fit igitur mutatio in aure humana, si sonus editur, quo sit, ut ille percipiatur. (§. XI.)

THEOR.

*Quogmodo
homo sonum
edat.*

§. XIV. Quando halitus emititur ex ore: motus quidem fit aëris (§. VII. II. X.) : sed particulae parum comprimuntur, adeoque sonum ipsum vix ac ne vix quidem sensibilem esse (§. V. VII. XII.) quiuis fatetur. At si thyroides per celeriter abbreviatos hyothyroideos & sternothyroideos mouetur, (§. VIII.) aër per angustum orificium rimae propellitur. (§. IV. VI.) Quoniam vero fuerat antea in spatio maiori tracheae s. asperae arteriae; (§. VII.) in hoc transi- tu

(k) de auditus organo T. II. Bibl Anat. (l) in *Physico Theol.* L. IV. C. III. (m) *Ein kurzen Begriff der gesamten Ma-*
thesis im 4ten Theil. p. 165. sqq. (n) *Von den Wür-*
kungen der Natur §. 427. p. 687. ii. vom Gebrauch der
Theile im Menschen n. §. 156. sqq. p. 400-414.

tu particulae comprimuntur, & deinde iterum dilatantur;
(§. VII. IV.) Praesentibus igitur omnibus soni conditionibus,
non est quod miremur, hominem eiusmodi sonum proferere.
Admirandum vero artificium hoc, illi parum cogitant, qui
clamoribus voce, quod maiorem in modum dolendum, tur-
pissime abutuntur.

§. XV. Sentimus membra quaedam oris nostri, dum so-
num edimus, moueri, qualia *guttur, palatus, lingua, dentes, labia*
denique sunt ad quae *nasus* interdum accedit. In labiis, &
lingua tremorem istum omnium distinctissimum deprehen-
dimus, si nos paullo curiosius consideramus. Solet autem
istud duplice potissimum fieri ratione, dum vel musculorum
ope, modo haec oris membra, modo alia commouemus, per
quae sonum ex ore propellimus, vel os quoque interdum
latius aperimus, interdum angustius, ut cum aere extra istud
constituto, motus, quem produximus, communicetur.

§. XVI. Humani oris membra, quae dum sonum edi-
mus, mouentur, *organum* vocantur, quod adeo nomen labiis, *quid organa,*
gutturi ceterisque antea *commemoratis* conuenit. (§. XV.)
Qui cogitationum ingentem numerum, quae homini cum
aliis communicandae sunt, vel parum perpendit: facili ne-
gotio comprehendit, pluribus organis opus esse, ut quae di-
stincta sunt a se inuicem, diuersis quoque signis indicentur.
Et tanquam instrumenta musica, quae diuersis rationibus
tremunt, iucundiorum dant sonum, quam quae unica tan-
tum chorda constant: sic hominum sermo eo magis simul
delectat, quo plures diuersae corporis partes ei diuersum
modum inducunt.

§. XVII. Quando sonus ab homine editur: aër ex THEOR.
pulmonibus per angustum rimae óriscium erumpit, (§. XIV.)
atque organa oris contingit, (§. VIII.) in quibus eo ipso a-
liquis motus producitur. (§. IX.) Tum homo musculorum

ope quaedam oris sui membra mouere potest, (§. XV.) atque vt hic motus ipseque sonus audiatur, organa talem situm obtinere debent, vt prodire possit ex ore. (§. Xlll.) vnde organon aliquod vel plura simul ob situm suum a commotis aëris particulis commouentur. Interea non aliis sonus, thyroide denuo non moto, productus fuit, quare sonus productus adhuc est unicus, in eo autem tremores aliqua se inuicem satis diuersi, possunt discerni.

DEFINIT.

Quid partes soni sonus articulatus.

THEOR.

Partes soni articulati distinguuntur per diversum organorum motum vel a musculis vel a situ dependentem.

DEFINIT.

Quid partes soni determinantes, determinatae et determinatio.

§. XLIX. Vt illa quae in aliqua re distinguuntur tanquam partes illius possunt considerari: ita quae in sono ab homine, organis aliis per musculos, aliis ob oris aperturam motis, edito distinguuntur, *partes soni* poterunt appellari. Ipse autem *sonus* in quo partes diuerso modo productae distinguuntur, *articulatus* nuncupatur.

§. XIX. Per quid autem distinguuntur istae partes? sonus articulatus successiue fieri solet articulatus; primum organa ope muscularum mouentur, atque aërem ex ore propellere nituntur, deinde pro diuerso suo situ, ab aëre erumpente commota, diuersimode tremunt. (§. XVI.) Aliae autem partes soni ex motu priori nascuntur, aliae ex posteriori, (§. XVII.) & si fit, vt hae partes per actum quendam hominis coniungantur, sonus prodit articulatus. (§. XLIX.) Discerni igitur hae partes in eo possunt per diuersum modum generationis.

§. XX. *Determinatio soni* est actus, per quem fit, vt in sono sint partes diuersae sibi succedentes, per quem adeo sonus generatur articulatus. In hoc partes, quae enascuntur, cum organa ope muscularum mouentur. (§. XIX.) nomen determinantium ferunt, istae vero, quae oriuntur, cum os certo modo aperitur, vt sonus exire queat (§. cit.) in posterum determinatae vocabuntur, ipse autem sonus determinandum vel determinabile potest audire. Quod si igitur partes soni deter-

determinantes componnuntur cum determinatis, sonus prodit articulatus (§. XX. XII. X.) neutquam vero si plures determinantes tantum, aut plures determinatae soleae concurrunt.

§. XXI. Compositio soni articulati seu actus iste per quem determinantes & determinatae partes coniunguntur, *DEFIN.* *Pronunciatio explicatur.* *Pronunciatio appellatur.*

§. XXII. Cum partes determinantes & determinatae satis sint a se inuicem diuersae (§. XVII. & XIX.): facilimo negotio ab eo qui bene ad earum generationem attenderit, possunt distinguiri: Iam vero, dum homo pronunciat, sonum edit, in quo partes determinantes & determinatae coniunctae sunt, (§. XXI.) unde dum quis pronunciat, sonum edit ex distinctis partibus constantem, sed talis dicitur articulatus, (§. XII. X.) ideo ille qui pronunciat, format sonos articulatos.

CAPVT. II.

DE

MENSURA SONI ARTICVLATI GENERATIM.

§. XXIII.

IAm illud quidem perspicuum est, partes a se inuicem diversas in quolibet sono articulato reperiri. (§. XII. X.) *Sonus articulatus potest* tanquam vnum assumi, ac secundum istud reliquorum *ad aliquid* relatio dijudicari (per princip. *Ontolog.*), quare nihil obstat, vnum referri quo minus in sono articulato vnum assumatur ad quod ceterorum relatione examinetur.

§. XXIV. Qui relationem aliquorum ad vnum inuenit, *DEFIN.* stigat,

Quid metiri stigat, is metiri dicitur, ipsumque unum mensurae nomen ferri mensurae consuevit. Nolo rem in Matheſi atque Ontologia notissimam exemplo illustrare.

A X I O M A .

Datur men- fura soni ar- ticulari.

T H E O R .

Quilibet so- nus potest mensurari.

P R O B L E M A .

Quonodo so- nus mensu- randus sit.

T H E O R .

Aeris tre- mores sunt in tempore.

T H E O R .

Tempus est mensura soni

§. XXV. Cum in sono articulato unum possit assumi, atque secundum illud dijudicari reliquorum, quae in eo sunt relatio, (§. XXIV.) patet mensuram in eo dari, eumque posse mensurari. (§. XXIV.)

§. XXVI. Idem vero de quolibet sono valet. Quod si enim iste producitur, multae aeris particulae celeriter coarctantur & dilatantur. (§. IV.) adeoque suam exserunt elasticitatem (§. ead.) subitanearum istarum compressionum & restitutionum quedam potest assumi ut una, quare sonus quilibet per illam potest mensurari.

§. XXVII. Corpori in quo subitanea partium fit & compressio & restitutio, tremor tribuitur. Si quis iam sonum cupit metiri, referat eum oportet ad subitaneas compressiones & dilatationes aërearum particularum (§. XXVI.) sed his tremorum nomen modo fuit impositum, quare metiendus venit sonus per aeris tremores.

§. XXIX. Fit autem in illis compressio, dilatatioque, (§. XXVII. IV.) quarum illa antecedit semper, haec sequitur: (per defini. harum id earum). Adebat igitur in iisdem series antecedentium & consequentium vel quod idem est, succendentium. Quid vero eiusmodi succedendi series est aliud quam id quod tempus vocare solemus? (Ontol.) Patet itaque, *tremores istos in tempore aliquos fieri.*

§. XXIX. Cum sonus per tremores partium aeris sit metiendus (§. XXVII.), quaelibet vero vibratio fiat in tempore (§. XXIX.), acto distingui possint eiusmodi, licet exigua tempora, quorū diversi in sono tremores inueniuntur; nemo ibit inficias, referri posse totam soni duracionem ad aliquod exiguum illorum temporum, ideoque sonum per tempus mensurari. (§. XXIV.)

§. XXX.

§. XXX. Quotiescumque fiant plures tremores aë-
rearum particularum, sonus exsurgit (§ XXVII. VI.), quo fit,
vt quidam tremorum aëris numerus in sono possit vt vnum a-
liquod considerari, ad quem reliquorum relatio dijudicetur,
quippe quod omni fieri potest quantitate (per princ. Ontol.) So-
nus igitur ex aslumto aliquo tremorum aëris numero & tem-
pore, quod iste requirit, potest aestimari. (§. XXXIII.)

§. XXXI. Quodsi multae simul sentiantur tremores, aërearum particularum, sonus *fortis* dicitur; si pauci, *de-
bilis* appellatur. At successiue quoque multi percipi que-
unt tremuli motus, quo fit, vt *diu durare* sonus concipiatur: *fortis, debi-
lis, diu du-
ratus* vero *definit*, si paucae fiant aëris compressiones & di-
latationes: Ea que de sono modo dicta sunt (§. XXVII. lqq.) *transmox de-
finens.*
vt ad articulatum hic applicentur, opus non esse iudico, cum
a quo quis facile fieri possit.

§. XXXII. Iam cum omnes sapientum & artificum o-
perationes, labores, conatus & machinas finem aliquem in-
tendere videmus: quis quaeso crederet DEVVM sapientif-
sum, qui optimos fines sibi proponere, nec nisi perfectis.
sum quid velle potest, frustra hominem ita creasse, vt so-
nos articulatos edere valeat? Eo potius animo DEVSho-
mini facultatem pronuntiandi indidit, vt tanquam ratione
praeditus, cum aliis, quorum auxilio opus habet, cogita-
tiones suas communicare posset, vnde soni articulatidantur
per quos cogitationes exprimuntur, quae *vocabula* nomi-
nari consueuerunt. Diuersis vocabulis inter se connexis,
nomen *sermonis* impositum est, qui cum tantum sit benefi-
cium, non versari debet circa res futileas atque inanem, sed
circa illa potius, quae vel ad intellectum faciunt cognitio-
ne imbuendum, vel voluntatem a virtutis purgandam, vt
DEUS ore factisque nostris celebretur.

§. XXXIII. Qui cogitationes suas inter se communi-
cant, DEFIN.

*In quo lingua
confusat, ex
plicatur.*

cant, vocabulorum ministerio illud faciunt. (§. XXXII.) Ut autem alter scire possit, quid repraesentare fibi debeat, si sonum articulatum alter profert: modum determinatum quaelibet gens habet, cogitata per vocabula exprimendi, qui *lingua* dicitur. Sed utrum diuerso climati, an diuersitate morum mira linguarum diuersitas tribuenda sit (o), nec satis scio, nec, si scirem, dicere ausim.

CONSECT.
*In vocabulis
dantur par
tes diuersae.*

§. XXXIV. Omnes articulati soni partes habent (§. XLIX.) determinantes & determinatas. (§. XX.) Ut vero vocabulorum idea praeter cogitationes eiusmodi sonos etiam inuoluit (§. XXXII.) ita etiam de illis commode affirmamus, esse in iis partes quasdam, a se inuicem discernendas.

DEFIN.
*Quid litter
ae, vocales,
consonae.*

§. XXXV. Notiora iam nomina partibus soni posse sunt imponi. Si enim in vocabulis spectantur *litterae*, speciatim determinantes *consonae*, determinatae autem *vocales* vocantur. Non quidem ignoro, includere ista nomina characterum, per quos indicantur conceptum: adeo ut scriptae vel impressae figure, quae partes istas denotant, ita potissimum appellantur; verum licebit ista praeterire, ac iam tantum *vocales* & *consonas*, quatenus pronunciantur considerare.

Scholion. Cum commodior viuendi ratio postularet, ut absentibus etiam homines significare possent suas cogitationes, varios linearum ductus & figuram inuenierunt, cuiusmodi characterum singuli apud veteres Aegyptios & Sinenses integras voces & conceptus indicarunt: aliis vero commodius viuum est populis, singulis soni partibus peculiares tribuere characteres. Quare duo consideranda veniunt in litteris, quorum alterum est sonus, quem in vocabulo pronunciando significant singulae, alterum vero illae, per quam exprimantur figure. Explicari hinc potest, quomodo Graeci lingua quadam vti, vocabula proferre, consonas & vocales distingue-

re

(o) cf. hic praecept. pie colendi D.I.LANG, Hist. Eccl, V. T.p.41.VI,

re potuerint, vel ante istius Cadmi (quicunque etiam ex Orientis incolis fuerit, ^(*) tempora, qui primus eos figuratum & characterum vsum docuisse fertur. Probe sane distinguenda haec duo sunt, ne quod plerumque sit, eadem aetas, idemque numerus utriusque tribuatur. Verum haec omnia ad Grammaticam pertinent, ubi combinatio partium soni cum figuris lectio solet vocari, quae adeo per hancce disquisitionem non parum illustratur.

§. XXXVI. In qualibet lingua occurunt partes soni **consect.** articulati (*§. XXXIII.*), adeoque tam consonae quam vocales (*§. praeced.*). Ut autem magnum inter dialectos ipsas Linguis discrimen deprehenditur (*§. XIX.*): ita mirum non est, in uersao quibusdam linguis occurrere litteras, quae in aliis aut platur litterae, ne non reperiuntur, aut saltem longe alio modo proferuntur.

§. XXXVII. Cum in pronunciatione partes soni **consect.** ponendae sint (*§. XXI.*), consona sola vel vocalis sola non *Vnica littera* poterit pronunciari (*§. XXXV.*), vnde de vnica littera *non potest* rum dici potest, si pronunciationis ratio habeatur. Ut autem pronunciari, tem articulati soni constitutio magis illustretur, opus est, vt partes ex quibus componitur, separatim etiam considerentur, quod vero non exiguum parit difficultatem, cum separanda hic sint ab intellectu, quae re ipsa semper sunt coniuncta.

§. XXXIX. Sonum articulatum ex diuersis & pluribus partibus consistere palam est (*§. XLIX.*), quae modo *Sonus artic.* litterae nominatae fuerunt (*§. XXXV.*); quare sonus articulatus ex aliquot litteris diuersis componitur. Quodsi litteris *ex pluribus* igitur vnam sonum articulatum constituere dicas: nullus *stat diuersis* supererit character, per quem eum a quoconque alio sono distinguas,

§. XXXIX. Compositum ex litteris, diuerso modo generaliter **DEFIN.** *C* *quid Syllaba.*

(*) vid. AVGUST. BISCHOFF. Cadmus §. 2. p. 4-8.

neratis sonum vnum constituentibus, *syllaba* dicitur, quae idea tam est nota, vt non opus habeat exemplo i. lustrari, Mirum vero fortasse videbitur aliquibus, ad Syllabam plures requiri litteras, atque affirmari, vnicam litteram non posse pronunciari: at hi erunt fere, qui nihil rectum, nisi quod ipsorum conceptibus conueniat iudicabunt. Producent non solum syllabarum, verum & vocabulorum agmina, vt euincant, vnicam vocalem posse pronunciari: at si definitionem pronunciationis hic (§. XXI.), suppeditatam admittunt, aut ad illa quae supra (§. XVII. XXXIV. sqq.), dicta sunt, attendunt: assensum suum nobis neutriquam denegabunt, Lubentes quidem fatemur per figuratas & characterum ductus, interdum non nisi vnicam syllabae partem expressam esse: sed imperitia illorum, qui huius scribendi modi auctores fuerunt, id factum esse, omni assuestratione affirmamus, quorum autem ignorantia hanc veritatem non euerteret. Antiquitas eam satis agnouit, ipsoque syllabae nomine, quod huic conceptui tribuit, indicauit, plures requiri ad eandem partes simul sumendas. Qui enim fieri poterit combinatio, nisi plura adsint?

§. XL. Constituitur syllaba si litterae coniunguntur, quae modo generationis differunt (§. XXXIX.): quare quam primum consona cum vocali combinatur, syllaba exsurgit (XXXV. XX. XXII.), quare duae litterae hoc modo ad syllabam constituendam sufficiunt.

CONSECT.
Duae litterae possunt syllabam constituere.

CONSECT.
Etiam plures.

§. XLI. Neque tamen absurdii aliquid inuoluit, plures quoque ad eam concurrere, si modo ut dictum est, differant (XXXIX.); cum enim consonae generentur per arbitriam oris organorum commotionem, ope muscularum factam (§. XXV. XX.), ante & post vocalem poterunt proferri. Duas item vocales mixtum constituere sonum, nulli veritati repugnat: quare syllaba potest etiam ex multis litteris constare.

§. XLII.

§. XLII. Quodsi sonus ex partibus diuerso modo productis compositus est: articulati nomen accipit (§. XIIIX.): *Syllaba est sonus articulatus omni iure articulatus sonus vocatur. Immo cum in quolibet articulato sono partium diuersarum compositio fiat (§. XIIIX.), haec vocabula sibi possunt inuicem substitui.*

THEOR.
§. XLIII. Cum itaque sonus articulatus ex pluribus litteris consistat, diuerso motu organorum generatis (§. Artic. sonus XXXIIX. sqq.), ad illum motum poterit relatio totius soni institui, quare si tanquam ex partibus consistens consideratur, potest per diuersos motus, qui sunt in organis, poterit mensurari (§. uersos organorum motus XXIV.).

§. XLIV. Diuidicatus fuit huc usque sonus per suas partes: reliquum est, ut addam, *tonum esse*, si sonus ex alio per celeritatem vibrationum aestimetur. Atque hoc quidem nomen, non perceptioni solum tribuimus, quam habemus, dum fides plectro mouentur, tympana pulsantur, tibiae inflantur, chordae ferreæ continguntur, sed ad humanam etiam vocem applicamus; at si quis corda eadem oberrat, non tam tonum quam sonum producit.

AXIOMA.
§. XLV. Ex his, quae modo dicta sunt, facile concipiatur, *tonos admittere aliquam mensuram* (§. XXIV.), non sonum, si ut soni considerantur, sed etiam, si inter se comparantur. Cum enim alter aestimetur ex altero (§. XLIV.); quilibet unitas est, ad quam aliquid refertur.

DEFIN.
§. XLVI. Cum *Acusticae* vocabulo coniungenda est idea scientiae sonorum, eoque referri poterunt omnes particularum, aërearum motus, qui excitant in nostris auribus perceptionem. Atque ut isti variis sunt, variae hujus discipline species (p) & partes constitui possunt, quarum &

C 2

quaes-

(p) Inter Acusticae partes nominat SCHOTTVS, in Magiae

quædam peculiare nomen obtinuerunt. Nimurum tonorum gratorum miscela & dispositio', *Musicam peperit practicam*, & generalis tonorum scientia, *theoretica* posset vocari. (q)

CONSECT.
Est tam pars
Physicae,
quam *Ma-*
thesos.

§. XLVII. Quoniam Acusticae cum sonis res est : (§. praeced.) hi vero, dum aer subito comprimitur & dilatatur, oriuntur (§. IV. VII.): Acustica poterit ex elasticitate aeris explicari. Sed quis nescit hunc, corpus esse? quare sonus per corporis cuiusdam vires potest produci. Iam scientia eorum, quae a corporibus fuit Physica vocatur, posset igitur haec disciplina Physicae pars constitui,

qua-

Vniuersalis P. II. Phonologiam, Phonocampicam, Phonurgiam, Phonoiatricam &c. Idem humanae vocis generationem ibidem p. 58. sqq. egregie explicat, & cum GALENO Lib. VII. *de compoſ.* tracheam, laryngem, & epiglottidem, praecipua eius instrumenta esse assertit, contra VESALIVM, qui larynga tantum plurimum conferre putauerat. Huc quoque pertinet KIRCHERI Phonaurgia, Campidoniae 1673. fol. & Musurgia Romae 1657. Amstel. 1662. fol. edita. Alias partes constituit atque adiecit Leonh. C. STVRM, de Natur. & confit Matheſ. Ffti. ad Viad. 1706. 8vo. p. 335. sq. (q) Musicae compendium olim iam REN. DES CARTES reliquit, Amstelod. 1656. editum, ex discipuli cuiusdam exemplari. Postea SAVVEVRIVS Acad. Scient. Parisiens. socius de systemate musices generali confiendo laborauit cf. *Memoirs & Histoire de l' Acad des Sciences A. 1700.* 1701. Quid C. HENFLINGIO hic tribendum sit, iudicare poterit, qui Epistolam eius legerit in *Miscellan. Berolin.* p. 265-294.

quatenus ex aeris vi, origo sonorum demonstratur. Si vero perpendimus, metiri nos sonos varia ratione posse (§. XXV. XXVII.) : illi ut quantitates considerantur, quas Mathesis (*) ad aliquod unum referat, earundemque relationem accurate demonstrat.

CAPVT. III.
DE
MENSURA SONI ARTICVLATI QVATENVS
SONVS EST.

§. XLIX.

Postquam satis explicatum fuit, quod sonus, de quo hic THEOR agitur, articulatus, si ut sonus consideretur, ad tempus aliquod possit referri; ad mensuram hanc statim est accedendum. Infert nimurum temporis conceptus, successionis seriem inter partes, quae in eo distingui possunt. (§. XXIX.) Dum itaque sonus articulatus, seu syllaba (§. XLII.) pronunciatur, (§. XVIII. XXI.) partes soni formantur, determinantes & determinatae, (§. XIX. XX. XXI.) quae satis a se inuicem sunt diuersae (§. XXII. & XXXIV.). Eo usque vero tempora possunt a se inuicem distingui, quo usque diuersae in ipsis fiunt mutationes (per Princip. Ontolog.) quare tempus potest concipi aliquod, in quo pars soni articulati generetur.

§. XLIX. Cum vero in syllaba, & sono articulato plura dentur talia tempora (§. XLIX. XXXIX.), atque inter multa similia possint reliqua ad unum referri (§. XXIII.): poterit in illo relatio ad durationem cuiusdam partis insti-

PROBL.

Quonodo
artic. sonus
mensurari
tui, per illud
queat.

C 3

(*) cf. Sturm de Nat. & Conf. Math. Cap. XII. §. 1. ubi dubia pariter contra hanc sentent, atque rationes oppositas afferit.

tui. Et quoniam hoc metiri dictum est (§. XXIV.): tempus in quo pars soni articulati generatur, (§. XLVIII.) eiusdem constitui potest mensura,

PROBL.
Per litterarum duracionem mensurari potest.

DEFIN.
Quid mora sit.

THEOREMA.
Littera quaevis moram habet.

THEOR.

DEFINITIO.

§. I. Quaelibet soni articulati pars, littera est dicta, (§. XXXV.) quare per durationem, quam generatio alicuius litterae requirit, potest mensurari. (§. LI.) Occupatum igitur in eo dimetiendo, oportet determinatam & mensuratam quandam assumere durationem, quam quaelibet eiusdem pars, in pronunciatione requirit.

§. LI. Id tempus, quod praeterit, dum littera generari potest, mora dici consuevit, atque hinc quidem explicari potest, quare sermones, orationes, cantus omnesque plurium sonorum complexus, horis minutisque circum scribamus. (r)

§. L'1. Litterarum duo genera supra fuerunt constituta: aliae consonae, aliae vocales dictae (§. XXXV.). Postquam igitur quamlibet litteram in syllaba pronunciari demonstratum est (§. XXXVI. seqq.), eique quatenus in pronunciatione sonat, mora fuit adscripta (§. LI.): palam est tam consonam, quam vocalem ad sui pronunciationem moram requirere. Dum mora generatim hic nominatur: neutiquam negatur, ob peculiares plane rationes, interdum duas consonas unam, vocales vero duplē moram exigere posse, ut sequentia monstrabunt.

§. LIII. Dum syllabae atque articulati soni pronunciantur, litterae generantur (§. XLII. XXI. XXXV.), adeoque exigua tempora praetereunt (§. XXIX.), per quae sonus articulatus potest mensurari (§. XLIX.) quare mora soni articulati mensura, constitui potest (§. LI.)

§. LIV. Qui suas ita dimetitur syllabus, ut mora in illis

(r) Plura dabit magnus DANZ Liter Ebr, §. 6. not. y. p. 59.

illis quaelibet alteri sit aequalis, pronunciat (§. XXI.) aqua- *Quid aqua-*
biliter. Apud hunc mora, quae vni consonae conuenit, *biliter pro-*
aequa diu durat, atque illa, quae alteri, & tempus in quo *nunciare.*
vocalis generatur, eidem morae est aequale.

§. LV. Iam quodsi quis reuocat in animum non pronunciar, nisi sonos articulatos, (§. XXII.) & consonas cum vocalibus in syllabis coniunctas esse (§. XXXVII. sq.): facile comprehendet, plures moras, quam vnam requiri ad syllabam constituendam, atque in ea demuni literas sua tempora occupare mensurata. (§. Ll.) Magna linguarum diversitas (§) impedit, quo minus quot harum cuique tribuenda sint, generatim possit determinari.

§. LVI. Propius ad literas ipsas accedenti, primum se vocales sистunt, quae sunt partes soni determinatae, (§. XXXV.) successiue productae (§. XLIX.), adeoque in syllaba; quaedam duratio istis est tribuenda. (§. LILXXXIX.) Nihil autem obstat, quo minus illa vel vni, vel duabus moris sit aqualis (§. Ll. Lll.): dantur itaque vocales simplicem, dantur *a-*
liae duplice morum postulantes. Et quanquam sufficere mihi potest, nullam contradictionem assertum continere: maius tamen pondus inde accedit, quod in plerisque linguis duplices vocales reperimus, si non figuris, quantitate latem distinctas.

§. LVII. Tametsi rationi conuenientissimum videtur, consonam duplēm, duas semper moras sibi vindicare, quippe quae in syllaba non minus sonat, quam vocalis: ram accurate inquirens, eiusmodi deprehendit impedimenta, ut excipere quosdam casus cogatur. Quod ut clare patet, ponantur conuenire plures consonae a syllabae initio: tunc post eas pronuncianda erit vocalis (§. XLl.): adeo-

(§) De hac vid. ven. Loescher, de causis lingv. Ebr.

THEOREM A.
Syllaba postu-
lat plures
moras.

THEOR.
Vocales mo-
ra differre
que unt.

THEOR.
Quomodo
duae conf.
eniam mo-
ram occupa-
re possit, ex-
ponitur.

adeoque duae determinantes partes, erunt ante vnam determinandam. Cum vero determinatio ipsa non fiat prius, quam coniungantur partes determinantes & determinatae (§. XVII, XX.) syllaba autem sit ista determinatio, (§. XXXIX.) syllaba non erit integra nec sonus, articulatus erit, nisi compositae sint diuersae soni partes. Quare festinandum est, vt illud fiat, adeoque duae consonae, ante vocalem, celerius proferendae sunt, (per anteced.) quam vt duae istis morae tribuantur. Quo autem aequabilis fiat pronunciatio (§. LIV.): dimidiae non sunt admittendae morae (§. LI.). Nihil igitur supereft, quam vt hisce litteris, vniqa tantum mora concedatur.

THEOR.
In fine syllabae, quaelibet consona integrum moram habet

¶ LVIII. Quodsi syllaba per aliquot consonas finiri ponatur: hoc nihil absurdum continebit, cum vocalis non solum a parte anteriori, verum etiam a posteriori possit determinari (§. XXXV.). Sed cum sonus iam sit articulatus, quam primum vocalis consonae fuit adiecta (§. XLIX. & XXXVIII.): festinatione tali, vt in praecedente casu, (§. LVII.) non opus est, adeoque nulla sufficiens est ratio, cur morae aliquid decebat. Vnde quaelibet adiectarum consonantium suam moram retinet. (§. LI.)

THEOR.
In quoque vocabulo syllaba est determinata.

¶ LIX. Ad aliam mensuram foni articulati est progrediendum, quae per tonum fit. In sermone nimirum plura coniunguntur vocabula, a se inuicem diuersa (§. XXXII.). Ne hinc oriatur confusio, illa, quae differunt, etiam distinguenda sunt: (per ideam confusion.) quare vocabula in sermone sunt distinguenda. Sicuti autem alterum illorum determinat alterum (§. XXXII.): ita vocabula distinguuntur, si reperiatur in quolibet determinatio. Cum itaque consistant ex sonis articulatis (§. ead.) determinantur, si in quoilibet sit sonus articulatus determinatus, seu syllaba determinata (§. XLIX. & XXXIX.) per reliquas, vna sermonem con-

constituentes. Atque ita quidem, vocabulum integrum, ut sonus vnicus consideratur, licet ex pluribus constet sonis articulatis.

§. LX. Qui ad se inuicem per celeritatem tremorum suorum referuntur diuersi soni, tonorum nomine insigniuntur, (§. XLIV.): vnde articulati soni quorum aliis ex alio ita determinantur, eandem mercentur appellationem (§. LIX.). Cum itaque in omni vocabulo hoc deprehendatur: (§. cit.) istud, hoc modo tonum habet, & quidem cum articulatus sonus vnicus adsit, (§. ead.) non in omnibus ex quibus constat syllabis, cum hac ratione neciretur, quando notum vocabulum incipiatur; sed in vna tantum earundem, quia diuersae sunt, & se inuicem determinant. Ne noua confusio emergat, haec syllaba si aliquot adsit, ex illis est determinanda, quod sit, si vel plures ei morae tribuuntur, quam ceteris (§. LIV.), vel magis eleuato thyroide acutius pronunciatur.

§. LXI. Sine igitur articulati soni plures in vnico vocabulo, pronuncientur distinctis temporibus, determinet alias alium, vnicus tantum adsit tonus: atque tum *loqui* dicimus, ipsi autem tonus ille, *accentus* vocantur. Longe diuersi quid sit, dum *cantimus*. Tunc enim quaevis syllaba, ut sonus articulatus spectatur, eique vnam, vel etiam plures toni tribuuntur. Quo magis isti sunt diuersi, eo magis id potest obseruari, atque hinc deriuandum, quod tardie loquentem, & omnem syllabam, ut nouam voculam proferentem, canere iam dicant. Hinc & explicari posse, quomodo in canto oratorio, sive elocutione, altera propositio, aut periodus, prout alteram determinat, effera- sit, aut remissius pronuncianda, & quae sunt reliqua.

§. LXII. Haec cum ita sint: sonus articulatus duplii mensura- tur ratione quatenus sonus est, per moras (§. LIII.) & per tonum (§. LIX. sqq.). Posset quoque ut diu durans, aut mox desinens, ut fortis & debilis, ut acutus & obtusus considerari, quae vero omnia partim a Mu- sicis sunt, partim nimis a scopo meo recedunt. Ad id modo atten- damus per hanc mensuram duas illas pronunciationis species, loqu- lam & cantum distinguiri. Ne antem frustra nobis a sapientissimo con- cessae sint numine, finem quem his donis intendit, consequi studea-

DEFIN.

nus, nimirum cum eo diligenter colloquamur (Ps. L. t. 5.), beneficia nobis ab eo exhibita praedicemus, (Ps. L. 14. 23, XL. 4, CV. 1. s. q.) de ipso reuerenter loquamur, (1. Pet. IV. 1. 1.) fidem ore confiteamur, (Rom. X. 10.) in honoremq; tanti DEI canemus (P. LVII. 5, CXLVI. 2. Eph. V. 29.); Inter nos vero loquamur, quae sunt pia, utilia, decora, mutuoque ad laudandum, Deoque canendum nos adhortemur (Col. III. 16.).

CAPVT. IV. DE MENSURA SONI ARTICVLATI, QVATENVS ARTICVLATVS EST.

§. LXIII.

PROBL.
*Quotuplici
ratione men-
surari queat?*

AD duo potissimum genera reuocari possunt quae in articulato sono deprehendimus, quorum alterum est diuersitas partium, seu litterarum ex quibus consitit (§. XX.), alterum compositio earundem. (§. XX. XL.) Mensuratuero igitur illum, *tum ad partium differentiam, tum ad earum combinationem est referendus.* (§. XXIV.)

PROBL.
*Quomodo
per differen-
tiam parti-
um?*

§. LXIV. De priori primum dicam. Hic praeferim inquirendum, quot modis potissimum litterae possint discerni? atque istud quidem ex eorum generatione decidendum. Ibi organa modo haec modo illa, (§. XV.) modo muscularum ope, modo ob situm mouentur (§. cit.): quare non per organa solum, sed & per motus rationem, possunt distingui. Et postquam de hac iam supra fuit actum, cum in determinantes & determinatas (§. XX.) consonas & vocales (§. XXXV.) distinguerentur: iam hac tractatione possum supersedere, organorum autem diuersitas mensura est constituenda (§. LXIII.).

THEOR.
*Quot speci-
es litterarum
dentur.*

§. LXV. Quamquam autem omnia fere tremunt organa, dum pars aliqua soni generatur (*per exp.*): tamen in quibusdam motus maxime sentitur (§. XV.), ab iisque litterae denominari possunt. Ut igitur sex ad eas concurrunt organa (§. XV. XVI.): ita litterae dantur, labiales, dentales, nasales, linguaes, palatinæ, gutturalesque. Neque vero hoc discrimen ad consonas solum referendum est: sed cum vocales

vocales pariter per organi cuiusdam motum producantur (§. XXXV.
XX. XX. XVII.). haec quoque ad aliquod organon referri possunt.

§. LXVI. In quolibet autem eorum, permulti fieri possunt motus, quorum alias ab alio differt, quod de illis, qui musculo-
rum ope sunt, praesertim dicendum (*per exp.*). Sed per quemlibet littera generari potest (§. XXXV. XIX.), unde per modum illius
motus individua producuntur: modus autem iste ita variare potest
in uno organo, ut omnes eius species vix definiri queant (*per exp.*)
quare literarum possibilium numerum constitueri difficultimum erit.

§. LXVII. Quamobrem in generalioribus mihi erit subsistendum. Exponam tamen, quomodo motus organorum fiat, tum in vocali, tam in consonis gutturalibus. Aer e trachea prodiens, (§. VIII.) omnia moueret oris organa (§. IX. X.), posseque producens ita sonus euanscere, si in corpora non elastica impingeret. (§. XIV.). Hinc muscularum motu opus est, ut sonus ex ore protrudatur, atque ille quidem, si sit in gutture, *adspirations* exsurgunt, quarum lenis ab occidentalibus populis nullo exprimitur charactere, ex fortioribus vero solum *H*. Cum vero attributa consonantium habeant (§. XXXV. XX.), *adspirations* consonae sunt. Ore quam latissime aperto, si sonus propellitur, *A* audiimus, motusque simul in gutture sentitur, qui vero quoniam non a muscularis, sed a situ dependet, partem determinatam (§. XX.) generat, adeoque *A* ad vocales debet referri (§. XXXV.). Ita de reliquis litteris posset demonstrari, quae consonae sint, quae vocales.

Schol. Eos qui scire cupiunt quomodo formentur remitto ad ven. LOESCH (*de Causis lingv. Ebr. L. II. Cap. II. IV.*) F. M. B. ab HELMONT (*in Delineat. Alph. Hebr. Sulzbaci 1657. 120*) qui oris in vocalibus aperturam (*icon. 34.*) sistit atque explicat (*p. 85. seqq.*) & J. C. AMMANVM, Scafusa Heluetum Med. D. (*dissert. de loquela Amstel. 1700. 8vo. p. 52-79.*) qui aliquot in Belgio surdos, clara voce loqui, aliosque sermocinantes intelligere docuit.

§. LXVIII. Combinationem quoque litterarum in sono articulato mensurare possumus (§. LXIII.). Hic duo deprehenduntur: quomodo (^b) per combi-

CONSECT.
quae illa sint
in guttura.

AMMANVS
- 1700
- 8vo
- 52-79

nat. mensu-
retur.

PROBLEMA.
2) *ex ordine.*

ſ. LXIX. Atque ordinis quidem idea inuoluit in eo partes sibi succedentes (*ſ. XIIII. LII.*) Cum vero si organa per muscu-los mouentur sonus ex ore propellatur: deinde autem os aperi-atur, ut aer exire queat, quo ipso organa ob fidum tremant (*ſ. XVII.*), priorique modo consonae, posteriori vocales generen-tur (*ſ. XXXV. XX.*): *in sono articulato consonae vocalibus pree-mittuntur.* Si vero eum incipere a vocali nobis videatur, ante hanc proferimus adspirationem, adeoque consonam (*ſ. LXVII.*) *In utraque tamen defnire potest.* Cum enim syllabam duea quo-que litterae conficiant (*ſ. XL.*), & vocalis sit post consonam: (*per* antec.) poterit per vocalem finiri. Et cum vocalis in fine quoque determinationem admittat: (*ſ. XX.*) consona quoque claudere pot-erit sonum articulatum: ex quo duae syllabarum classes oriuntur, priores simplices, vel rectius purae, posteriores compositae vel impurae dicuntur.

PROBLEMA.
2) *ex nume-*
ro partium.


ſ. LXX. Quodsi denique combinationem per numerum mensuramus (*ſ. LXIIX.*): vocabulum tanquam sonus articulatus spectatum, ex multitudine syllabarum potest mensurari. De syl-laba vero, (*ſ. XLII.*) quaeri potest, ex quot nam litteris compo-natur? Prior mensura diuisioni vocabulorum in monosyllaba & polysyllaba praebuit occasionem.


Schol. Cetera quae hoc transferenda essent, ob breuitatis stu-dium, sunt praetermittenda. De methodo qua usus sum, id tan-tum addo, me propositionibus subinde alia admisuisse, vt gratio-ra forent lectoribus, quae taedium parere potuissent: scholiisque usum non esse, nisi quando longius erat excurrendum. Is vero, qui omnia potest, qui nobis facultatem articulate loquendi dedit, ita dirigat sermones nostros, vt ne instar aeris tinnientis inanem so-num edamus (*i. Cor. XIII. 1.*), sed ipsius potius gloriam verbis

pariter ac factis ubique manifestemus.

D. T. S. L. E. H.







LX

Q. D. B. V.
SPECIMEN ACVSTICVM
DE
**MENSURA SONI
ARTICVLATI**

QVOD
ANNVENTE BENIGNO DEO
CONSENSV AMPLISSIMI ORDINIS
PHILOSOPHORVM
PRO CONSEQUENDIS SVMMIS IN
PHILOSOPHIA HONORIBVS
IN ACADEMIA FRIDERICIANA
ERVDITORVM PVBLICO EXAMINI

III. ID. Febr. c I, 19 cc xxxi.

submittit

GOTTLIB FRIDERICVS HAGEN
BARVTHO FRANCVS,

HALAE MAGDEBVRGICAE,
LITTERIS HILLIGERIANIS.

9